Ioannes 20:19-23

19 cum esset ergo sero die illo una sabbatorum et fores essent clausae ubi
erant discipuli propter metum Iudaeorum venit Iesus et stetit in medio et
dicit eis pax vobis

20 et hoc cum dixisset ostendit eis manus et latus gavisi sunt ergo
discipuli viso Domino

21 dixit ergo eis iterum pax vobis sicut misit me Pater et ego mitto vos

22 hoc cum dixisset insuflavit et dicit eis accipite Spiritum Sanctum

23 quorum remiseritis peccata remittuntur eis quorum retinueritis detenta
sunt

Latin

Biblia Sacra Vulgata (VULGATE)